

Johann Bernhard Quistorp

Rectore Academiae Rostochiensis Magnificentissimo Celtissimo Principe Ac Domino, Domino Friderico, Principe Hereditario Megapolitano ... Gloriosum Ac Miraculis Plenum Natalem Servatoris Nostri Unici Domini Jesu Christi Omnibus Cujuscunqve Ordinis Academiae Civibus Sobrie Sancteqve Celebrandum

Rostochii: Typ. J. J. Adleri, [1750?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn87673350X>

Druck Freier  Zugang





J. 512.

—
1750 Wien.

~~M-1256~~^{309.}

W. 1750

RECTORE
ACADEMIAE ROSTOCHIENSIS
MAGNIFICENTISSIMO,
CELSISSIMO PRINCIPE
AC DOMINO,
DOMINO FRIDERICO,
PRINCIPE HEREDITARIO MEGAPOLITANO,
VANDALORVM, SVERINI AC RACEBURGI, COMITIS
SVERINENSI, TERRARVM ROSTOCHIENSIS
AC STARGARDIAE DOMINO,
DOMINO NOSTRO CLEMENTISSIMO.



GLORIOSUM
AC
MIRACULIS PLENUM NATALEM
SERVATORIS NOSTRI UNICI
DOMINI JESU CHRISTI
OMNIBUS CUJUSCUNQUE
ORDINIS ACADEMIAE CIVIBUS

SOBRIE SANGTEQUE
CELEBRANDVM,
EA, QVA FAS EST OFFICII PIETATE,
SERIO ET AMANTER EXHORTATUR
D. JOHANNES BERNHARDVS QUISTORP
MED. P. P. O. AC POLIATER,
HODIE ACADEMIAE PRO-RECTOR.



ROSTOCHII,
TYP. J. J. ADLERI, SEREN. PRINC. AULICI ET ACAD. TYPOG.

M-1256 309



PRINCIPIS HEREDITARIO MEGALOPOLITANO
VANDALORVM SVBREGNI AC RACHERVIGI
VEINENSII TERRARVM ROSTOCKII
AC SARGARDIAE DOMINI
DOMINO GLENTISBERNO

GLORIOSUM

Natalem Mellitissimi Nostri Servatoris Iesu Christi, auspiciatissimis diebus, qui unquam orbi illuxerunt, iure meritoque annumerandum, universus hodie celebrat Christianorum catus, tollentique hac festivitate, gratam erga DEVM mentem ob omnigenam salutem exoptato hoc partu restauratam piis meditationibus ac votivis plaufibus contestatur.

Et videlicet conolamatae humani generis res, infelici primorum Parentum lapsu erant redactae, ut peccatum ab ipsis commissum, & in posteros omnes derivatum, nonnisi aeternis suppliciis esset expiandum. Sed misertus est hominum, tanta in calamitate degentium, Benignissimus DEUS, atque malo huic Lamentabili medicinam facere, eosque a reatu infernali vindicare, ab aeterno decrevit. Cum vero aliud medium, quo iustitiae ejus tam enormiter Laesa fieri satis posset, non suppetere, ipse unigenitum suum filium, e divina sua essentia ab aeterno genitum in mundum misit, ut carne humana vestitus legem pro nobis impleret, poenamque promeritam sustineret.

Nec

Nec reformidavit tristem hanc scenam subire *Sanctissimus D E I Filius*, sed ardentissimum suum amorem eo ipso demonstravit, dum è caelo in arumnosum hoc mundi ergastulum descendit, & homo factus est. Incomparabile hoc beneficium, humano generi præstitum, cui simile nulla ætas vidit, summa admiratione prosequitur caelestium spirituum chorus, stupet piarum mentium in militanti hac ecclesia adhuc versantium cohors, & quo religiosius id meditatur, eo majori illud cognoscendi ac contemplandi desiderio incenditur. Neque id mirum. Nam quocumque in divini hujus partus consideratione oculos mentemque convertimus, sub tenui illo, qui Bethlehem in instruebatur apparatu, magna, mirabilia ac miraculorum plenissimaprehendimus. Fecerunt cum primis id primæ ecclesiæ ætate homines imprudenter religiosi, qui, cum non satis haberent, rem prout gesta est, exponere, nescio quæ pigmenta rebus sacris colorandis adhibuerunt, ea ceu videtur, intentione, ut plebem ad Christianæ religionis sacrarium eo felicius faciliusve inducerent, quasi vero ad commovendos hominum animos & adfirmanda Christianæ religionis dogmata plus roboris à specioso fūco, quam nuda veritate sit expectandum. Nec nostra ætate maxime in ecclesia romano-Catholica defunt, qui ejusmodi nanius indulgent, pro Junone umbram, pro veritate splendida mendacia amplexi. *Inter facta* itaque miracula, quæ circa nativitatem *Christi* contigisse perhibentur, hoc primo loco referendum, quod *Virginum* eminentissimam *Mariam* clauso, non aperto utero, item, absque omni obstetricis ministerio sanctissimum suum scetum edidisse, comminiscantur. Adstipulantur huic commento plurimi Doctorum Pontificiorum, præcipue strenuus quidam *B. Virginis Mariæ defensor*, qui ita scribit: *B. Virgo Maria, uti concepit sine concupiscentia, ita peperit sine dolore, sine lochiorum fluxu, aliisque sordibus partus, sine obstetrice: & alius cujusdam verba hæc sunt: cum natura Dominus gignitur, natura legibus non tenetur; quæ conceperat sine viro, parit sine dolore, absque uteri apertura, moxque rationem adjicit: quomodo Christus postea ex sepulchro clauso & obsegnato egressus est; sic ex utero matris suæ, sine ullo maternæ virginitatis detrimento editus est Christus.* Suffulcere hanc sententiam plures alii, ast

non opus esse existimo, iis adducendis immorari. Refellitur ip-
forum figmentum ex eo, quod *Christus* fratribus suis similis fieri
debit, excepto peccato, ergo & in *nativitate* sua. Adhuc Evan-
gelistæ *Lucas*, in enarranda historia de *nativitate Christi*, non sine
causa, utitur vulgaribus & usitatis verbis: *impleti sunt dies, ut Ma-
ria pareret & peperit filium suum*, non alium in finem, quam ut in-
dicaret, non quærenda esse, præter testimonia Scripturæ mira-
cula extraordinaria in *nativitate*, sed quæ naturali ratione post
conceptum fœtum in utero materno sequi, in partu fieri, &
post partum comitari solent, cogitanda pariter ea esse circa *nati-
vitatem Christi*, nam *Christus* in omnibus factus est simillimus at-
que cum nasceretur in summo exanationis statu existit. Ejus-
modi commatis esse videtur inventio, quo *DEI param*, aperto qui-
dem utero, absque molestiæ ac doloris sensu peperisse filium,
nec ulla obstetrice indiguisset, propugnatur. De obstetricante
quadam fœmina incredula historiam fabularem M. I. S. Misander
in deliciis biblicis Anno 1694. his commemorat verbis: Eine
tâcherliche Historie ist es, welche bey den Papisten in der Historia
Lombardica de *Nativitate Domini* zu finden, die also lautet: Es ha-
be nemlich Joseph 2 Weib-Frauen, oder Heb-Ammen erfordert, da-
von eine geheissen Zebel, die andere *Salome*. Als nun die Zebel be-
funden, daß Maria in der Gebuhr gleichwol eine Jungfer geblieben
sey, so habe Sie ausgeruffen: *Virgo peperit!* eine Jungfrau hat ge-
bohren! die *Salome* aber habe solches nicht glauben wollen, deswe-
gen solches zuerkundigen, Hand angeleget, darüber ihr alsobald die
Hand verdorren wäre. Doch habe ihr ein Engel angezeigt, Sie sol-
te nur das gebohrne Kindlein Mariæ anrühren, so würde ihre Hand
wieder gesund werden, welches auch geschehen. *Plurimi*, adducta
pro figmentis habent atque resciciunt, ex eo, quod dolores, par-
tum comitantes, cunctis mulieribus, peccati fomitem ex prima
omnium matre trahentibus, pœnæ loco sint injuncti; nec *Codex
sacer Mariam Deiparam* à communi supplicio eximat, hinc & ipsam
doloribus obnoxiam subje&amque fuisse atque obstetricis offi-
cio, etsi in summa paupertate vixerit, opus habuisse, rectissime sta-
tuunt: confer. B. D. Goetz, Superintendent. quondam Lubecen-
sis *Probl, Theolog. Lub, 1709, Num, Maria filium Dei pariens,*
non
obste;

obstetricis opera fuerit usa? *Miraculis* ad Christi nativitatem spectantibus accenset certus quidam author Pontificius monumentum aliquod ad Casam Bethlehemiticam pertinens, ex ligno confectum, quod postmulta tempora Bethlethemo traslatum Roma possideat una cum sacratissimis fasciis, quas ad tantæ rei memoriam futuris temporibus servet. Haud diffitendum, si verum hoc esset, non leve preberet evangelicæ veritati testimonium, adeoque illa quantivis essent pretii. Ast quis credet huic, præsertim cum satis superque constet, quo loco reliquiæ in ecclesia pontificia ostentari solitæ ab eruditioribus, qui quod distent ara lupinis, norunt, habeantur.

Reliqua commenta, quæ olim in superstitioso papatu circumferebantur, videlicet, quod nato mundi salvatore Augusti Caesaris tempore templum Jani fuerit clausum, bellaque toto orbe cessarint, item quod eodem die natali tres soles in Oriente in conspectu fuerint, qui paulatim in unum coaluerint. silentio lubens prætereo, siquidem ab emunctioris naris hominibus jam dudum sunt in dubium vocata atque rejecta. Etsi hæc enarrata figmenta Nativitati Salvatoris nostri sanctissimi nihil lucis affundant, non tamen desunt vera, quibus mirum in modum fulget, miracula. Miraculum sane, quod nunquam auditum, omnium maximum est, virginem concepisse & peperisse, ita ut in partu & post partum virgo manserit illibata. Concepit autem *Eminentissima Virginum* B. Maria Christum non imaginatione sed virtute & operatione Spiritus S. Miraculosam hinc esse Christi conceptionem, agnovit ipsa Deipara B. Virgo Maria. Cum enim verba spiritus cujusdam cœlestis, quem Evangelista *Lucas Gabriel* appellat, audiret: *Ecce concipies in utero, & paries filium, mirabunda regerebat: quomodo hoc fiet, quoniam Virum non cognosco.* Angelus autem respondebat: *Spiritus S. superveniet Te, & virtus Altissimi obumbrabit Te.* Quibus verbis ipsa convicta, nil quicquam amplius de veritate hujus nuncii dubitabat. Et eventus quoque omni ex parte respondit. Etenim ipsa non consuetis naturæ legibus, sed divina *Spiritus S.* virtute, quemadmodum ab Angelo prædictum erat, non duntaxat *fata* reddita, sed etiam

etiam filium peperit, *Filium*, qui humanam naturam a matre, quæ homo erat, divinam vero a patre cœlesti per æternam generationem hausit, ideoque DEus & homo.

Ideo Doct̃or Gentium Apostolus Paulus magnitudinem hujus miraculi, mentis trutina perpendens, admirabundis exclamat: *Citra controversiam, magnum est pietatis mysterium: DEus manifestatus est in carne.* Et certe, quis potest explicare, quomodo infinita Numinis majestas, quæ omnia implet, in angusto virginei corporis antro latitarit! Quis eloqui, quomodo creatura Creatorem, filia Patrem, homo DEum, in Lucem ediderit! quis ediffere, quomodo maximus DEus, quem cœli cœlorum non capiunt, fasciis inclusus in ulnis hæserit? *Mirari ergo hoc fas est, rimari nefas.* Est ergo & manet *Virginis Mariæ* conceptio sempiternum miraculum idque maximum, quod nunquam auditum, nec unquam fiet. *Pro Pedem*, si in agrum Bethlehemiticum proferamus, conspicimus itidem ibi admirabile omen ipsa nocte, quæ *Christus* natus, in aère visum, Cum enim pastores excubias pro grege suo ibi agerent, cœlestium spirituum repentino fulgure collustrabantur. Cumque insolito hoc spectaculo vehementer consternarentur, cœlestis Viator blando hoc nuncio eos refecit: *Ne timeatis, ecce annuncio vobis gaudium magnum, quod futurum est omni populo. Natus enim est vobis hodie Salvator, qui est Christus Dominus in Civitate David.* Profecto, hæc apparitio pariter valde miraculosa est, quæ *Natalem Christi* pulchre illustrat, præsertim si consideremus, non unum adfuisse angelum, sed cœlestis aulae Palatinos per quam multos sublimis nativitatis Christi mysterium suavissimo hoc concentu celebrasse: *Gloria in Excelsis DEO & in terra pax, hominibus benevolentia.* Sed cur ad pastores infimæ fortis homines, **splendidissimi** hi nuncii ablegantur? Cur non potius Hierosolymæ, sacrorum Reginae, adventus Regis Sionis nunciatur? Mira hæc sunt consilia *Altissimi*! Interim pastores his visis & auditis Bethlehemum se conferunt, exploraturi quibus sedibus novellus Judæorum Rex successerit. Et ecce inveniunt tenellum infantem in præsepi decumbentem, cui licet pro aula stabulum,

pro

pro throno sit præsepe, non tamen refugiunt, sed in terram prostrati, divino eum cultu ac honore prosequuntur, de salutifero ejus ortu, cujus jam certiores facti erant, in sinu gavisi.

Occurrit denique inter miracula, *nativitatem Christi* illustrantia, stella illa Bethlehemitica, cujus quippe ortu, Magi ex Oriente ducti sunt ad Judæorum Regem recens natum. Sive ipsius materiam, sive rectilineum ejus & extraordinarium prorsus motum atque quietem, sive significandi modum, aliaque hujuscemodi magno numero ab aliis disputata consideremus, fateri omnino necesse est, singulariter mirabilem & mirabiliter singularem fuisse, cujusmodi nec antea nec postea in rerum natura apparuit, quæque radios tam late sparsit suos ut totum Orientem, virosque astronomicarum artium peritissimos, præcipue Magos sic dictos: Fuerunt autem *hi Magi, Viri sapientissimi, varia rerum naturalium cognitione instructissimi, in tanta apud Persas habiti æstimatione, ut non solum Regibus Persarum a consiliis essent, verum etiam nullus Persarum Rex esse posset, qui disciplinam & scientiam eorum non percepisset, ut ita eos Cicero describit: Lib. II. de divinatione.* Et hi è stella ista in Oriente visa intellexerant, ortum esse Lumen, quod non solum Judæorum, verum etiam gentium animos esset collustraturum. Cognoverunt, adspirante sine dubio spiritu sancto adeste jam Regem novum, in salutem totius orbis natum, cujus regnum nullis finibus ac seculis esset terminandum. Hunc igitur videre, hunc venerari, hunc muneribus afficere *gestiunt*. Hinc sine mora in pedes se conjiciunt, stellamque ducem secuti Hierosolymam veniunt, quærentes: *Ubi novus Rex Judæorum?* & cum eundem ibi non invenissent, Bethlehemum suavisu Herodis pergunt eademque stella prælucente & viam monstrante, domum reperiunt, in qua *Beatissima Mater* una cum suavissimo filiolo commorabatur. *Mira sane res, peculiari stellæ exortu, Christi natalem significari! Mira res, ejus ductu gentium primitias ad Christum in Judæa quærendum excitari! Mira res, eos novello suo Regi in cunis adhuc vagienti homagium quasi præstare, muneribusque oblati eum supplices adorare!*

atque

Atque hæc sunt, *O Cives Optimi*, præcipua, quibus Christi
nativitas pulchre illustrata fuit, miracula, ac proinde pia medi-
tatione dignissima. Quamquam vero nunquam non meminisse
debet immensi favoris, quo DEUS O. M. nos maectavit, dum
filium suum in carnem misit, nihilo tamen minus hoc inprimis fe-
sto, quo ejus *Natalem* celebramus, incomparabilem hanc gra-
tiam recollere fas est. *Perpendite* igitur singularem DEI amo-
rem, quo ipse in salutis nostræ negotio ita dispensavit, ut per
filii sui nativitatem, passionem, mortem ac resurrectionem, in-
finitæ justitiæ læsæ satisfieret, nosque in filios DEI adoptare-
mur, tandemque aternæ salutis participes redderemur.


Grates persolvite DEO Patri pro sua misericordia, qua
motus, salutis nostræ restaurationem promovit *Filium* vero
ipsius, qui nostri causa servi formam induit, *osculamini*, ne ira-
scitur.

Cogitate, *O Cives Academia Optimi*, quantum huic vestro
hospitatori debeatis, & id unice agite, ut de grata erga eum
mente, cum vitæ sanctitate semper constet,

Admonebunt *Vos* hujus officii festa hac solennitate divini
verbi Præcones, quos ut ea qua decet, devotione auscultetis,
eorumque saluberrima monita ipsa vita exprimat, etiam
atque etiam *Vos* hortamur.

P. P. SUB SIGILLO ACADEMIÆ,
Die XXV. Decembr. Anno Christi
MDCCL.





pro throno fit praesepe, non tamen refugiunt, sed in terram prostrati, divino eum cultu ac honore prosequuntur, de saluti-fero ejus ortu, cujus jam certiores facti erant, in sinu gavisi.

Occurrit denique inter miracula, *nativitatem Christi* illu-
strantia, stella illa Bethlehemitica, cujus quippe ortu, Magi ex Oriente ducti sunt ad Judaeorum Regem recens natum. Sive ipsius materiam, sive rectilineum ejus & extraordinarium prorsus motum atque quietem, sive significandi modum, aliaque hujuscemodi magno numero ab aliis disputata consideremus, fateri omnino necesse est, singulariter mirabilem & mirabiliter singularem fuisse, cujusmodi nec antea nec postea in rerum natura apparuit, quaeque radios tam late sparfit suos ut totum Orientem, virosque astronomicarum artium peritissimos, praecipue Magos sic dictos: Fuerunt autem *hi Magi, Viri sapientissimi, varia rerum naturalium cognitione instructissimi, in tanta apud Persas habiti aestimatione, ut non solum Regibus Persarum a consiliis essent, verum etiam nullus Persarum Rex esse posset, quod disciplinam & scientiam eorum non percepisset*, ut ita eos Cicero describit: Lib. II. de divinatione. Et hi est stella ista in Oriente visa intellexerant, ortum esse Lumen, quod non solum Judaeorum, verum etiam gentium animos esset collustraturum. Cognoverunt, adspirante sine dubio spiritu sancto adesse jam Regem novum, in salutem totius orbis natum, cujus regnum nullis finibus ac seculis esset terminandum. Hunc igitur videre, hunc venerari, hunc muneribus afficere *gestiunt*. Hinc sine mora in pedes se conjiciunt, stellamque ducem secuti Hierosolymam veniunt, quærentes: *Ubi novus Rex Judaeorum?* & cum eundem ibi non invenissent, Bethlehemum suavis Herodis pergunt eademque stella prælucente & viam monstrante, domum reperiunt, in qua *Beatissima Mater* una cum suavissimo filiolo commorabatur. *Mira sane res, peculiari stellæ exortu, Christi natalem significari! Mirares, ejus ductu gentium primitias ad Christum in Judæa quærendum excitari! Mirares, eos novello suo Regi in cunis adhuc vagienti homagium quasi præstare, muneribusque oblati eum supplices adorare!*

atque

